11

mordaci irritant, sue quam superbie
veneno tumescunt studiose quam
mendicant quam de aliis malum
licet corrupte dicere possint quod in se
ipsis habere non credant ut exinde
gloriam accipiant non libenter
laudant et laudantes auscultare
nequeunt murmurant et subnebu-
la detrahere non cessant Si vero
sui status plurimos videant
hos palam sequuntur ut ex eorum
consortio famam vendicent, re-
cusant tamen parem quemquam eis
fore sed maiores ypocritas eis
sectantur ut laudes percipere si-
nant maiores quam cupiunt sequaces
ut eorum doctores videantur Cum
pauperibus vero more vel mente conten-
dunt Hiis enim signis cognoscuntur
ypocrite et in consiliis primi-
antur, et eorum enim opera atque premia
vana sunt Rursus horum tanta
est temeritas ut omnia presumant
nil quam difficile arbitrantur, intol-
lerabiles quam penitencias incho-
ant sed tandem fatigati et de
corporis debilitate se excusant
sub tali enim pretextu balneis cu-
rare placet utuntur quia dum volunt
infirmantur Eo enim pacto quo
fingunt virtute non habita pre-
infirmitate fingere sciunt et cum
infirmitatis speciem acceperint plus
quibuscumque aliis volunt plangi
nec potest eis sufficienter subveniri
prurit enim atque lenimenta lec-
tuli mollem lintheamina diversa et q-
uis oblectamenta carnis subnu-
be ficte infirmitatis postulant

Rursus cum ypocrisi diutissime va-
caverunt si exinde honores non
percipiant si opes non obtineant
magis secularibus desideriis vide-
ant ipsis preferri si conspiciunt
suum deprimi statum et odio a cunctis
haberi tunc mores et habitus de-
serunt et secularibus se conformant
postremoque ceteris dissolutiores
fiunt et solum hoc plangunt quod
voluptatibus non dederunt tempus
quo ypocrisi fuerunt Horum
igitur inutilis labor, ieiunia fri-
vola fructum non capiet ex operibus
sue vane glorie deditos sedu-
cit laus ab adulatoribus oblata
qui quantum in eis est eos interfici-
unt quos suis laudibus inficiunt
Ita teste Ovidio libro x methamorphoseos Et obest sua gloria multis
Ideo Matheus in Thobia Non
credas titulis fame se consule
crede quam menti Et Marcialis
coquus hunc volo laudari qui sine
morte potest Absit tamen ut eos lau-
dari prohibeam in quibus virtus est
quia teste Ovidio libro de ponto Ex-
citat auditor studium laudataque virtus
Crescit et immensum gloria calcar
habet Et idem Ovidius libro de
tristibus Non parvas dat animo
gloria vires et fecunda facit pec-
tora laudis amor Absit igitur ut
hos virtuosos dicamus laudari non
debere, periculum est tamen quosdam laudare
nescias enim qui virtuosus sit Credens
enim virtutes augere laudibus et virtu-
osum forsan suis spoliabis virtutibus

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0131
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg